VETUS TESTAMENTUM

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



inimicias ponam inter te et mulie
rem, et semen tuum et semen illius
ipsa conteret caput tuum, et tu insidi
aberis calcaneo eius. Mulieri
quoque dixit deus: Multiplicabo
erumnas tuas et conceptus tuos.
In dolore paries filios tuos, et
sub viri potestate eris, et ipse dom
inabitur tui. Adae vero dixit: Quia
audisti vocem uxoris tue, et co
medisti de ligno cuiusquo pre
cepi tibi ne comederes, maledi
cta terra in opere tuo. In laboris
bus comedes eam cunctis diebus
vite tue. Spinas et tribulos ger
minabit tibi, et comedes herbas
terre. In sudore vultus tui vesce
ris pane tuo donec reuertaris
in terram de qua sumptus es, quia pul
uis es et in puluerem reuertaris.
Et appellauit nomen uxoris suae eua
eo quod mater esset viuentium. Fecit
quoque dominus deus Adae et uxori eius
tunicas pelliceas et induit eos.
et ait: Ecce Adam factus est unus ex
nobis scientes bonum et malum.
Nunc ergo ne forte mittat
manum suam et sumat etiam de ligno
de ligno vite et comedat et
viuat in eternum. Eiecit eum dominus
deus de paradiso voluptatis ut
operaretur terram de qua sumptus est.
Eiecitque Adam et collocauit ante
paradisum voluptatis cherubim et
flammeum gladium ad custodiendum viam ligni vite.

Adam vero cognouit eua uxorem
suam. Que concepit et peperit cain
dicens: Possedi hominem per deum.
Rursum peperit fratrem eius abel.
Fuitque pastor ouium. Et cain a
gricola. Factum est autem post multos
dies, vt offerret cain de fructibus
terre munera domino. Abel quoque obtulit
de primogenitis gregis sui et de adi
pibus eorum. Et respexit dominus ad
abel et ad munera eius. Ad cain
autem et ad munera eius non re
spexit. Iratusque cain vehemen
ter et cecidit vultus eius. Dixitque
dominus ad eum: Quare irasceris et
quare cecidit facies tua. Nonne
si bene egeris recipies sin autem
male statim in foribus peccatum a
derit. Sed subiace erit appetitus
eius et tu dominaberis illius. Dixitque
cain ad abel fratrem suum. Egredia
mur foras. Cumque essent in agro
assurrexit cain adversus fratrem
suum et interfecit eum. Et ait dominus
ad cain: Vbi est abel frater tuus.
Qui respondit: Nescio. Num custos
fratris mei sum. Dixitque ad eum: Quid
fecisti, vox sanguinis fratris tui cla
mat ad me de terra. Nunc igitur
maledictus es super terram que aperuit
os suum et suscepit sanguinem
fratris tui de manu tua. Cum operatus
fueris eam non dabit tibi fructum
suum. Vagus et profugus eris
super terram. Dixitque cain ad dominum:
Maior est iniquitas mea quam
vt veniam mereatur. Ecce eiicis
me hodie a facie terre et a facie
tua abscondar, et ero vagus et
profugus in terra. Omnis igitur qui
invenerit me occidet me. Dix
itque ei deus: Nequaquam ita fiet. Si
quis qui occiderit cain septuplum
punietur. Posuitque dominus cain in
signum, vt non eum interficeret omnis
qui invenisset eum. Egressusque
cain a facie domini habitauit profu
gus in terra ad orientalem plagam
eden. Cognouit autem cain uxo
rem suam que concepit et peperit e
noch. Et edificauit ciuitatem